

Templa erant luxuriosæ, Numina speciosa.

Subvertite que speciem et confregit simulacrum turpissimum. Quorsum lucus, specus; & obsecratis Phogor? Clarus, 4. Reg. 23. 7. propositum designator; dum Iosias destruxit adulteros effeminatorum, qui erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci: de quo ex professo alibi. En fides Synagoga. En insignis perhda meretrix que retractaria, ad luxuriam, addidit effrontis sine pudore impudenciam. Aptè cadit cavillatio Martialis, lib. 12. Epigram. 101.

Martial.

Oi atavi, patris nasum, duo lumina patris, Et matris gestus dicit habere tua, Cùm referas p̄ficos, nullamque in corpore partem Mentiris, frontem dic mihi cuius habes?

Synagoga infestis meretrix. Arabol.

Talis est via mulieris adultera (ait Salomon, Proverb. 30. 20.) que comedit, & tergens os suam, dicit: Non sum operata malum. Ambrosius appositè hic cap. 4. Meretrix ista (infit) Eccl. sua typus est, aliquando in Gentibus constituta, idolorum cultibus vitiosa, quam vana superstitionis supra polluerant, quam falsorum Deorum adulteram fecerat multitudo hæreticorumque ac turpes incompotit motibus saltus nemorum & lutorum inculca lustrabat, dedita luxuria, pompa Gentium manipata. Ubique enim cultura idolorum, fornicatio nancupata est. Ideo docti Profani dicunt, que extra legitimum thorum, Veneris furta. Tibull. 1. Eleg. 2. v. 25. Ovid. 1. de Art. 1. v. 107. & Otho Ven. Amor. Emblem. 57. Sanè alium, ubi factum; filij Synagoga abalienati sunt retrorsum; cùm Deus sponsum genitricem educens è captivitate Egypti, pronuba lege, dixerit:

Connubio iugam stabili, propriamque dicabo

Virgil.

Paret fides, dignata tot dotibus, Synagoga; quam Dominus sponsaverat in fide.

26 Modò semitis prævijs remotione obicem, discedinata via in Tautologiarum institutum. Sub metaphora uxoris fornicariæ (vel è fornice assumptæ, ex eoque susceptorum filiorum) præbuit Deus in confusionem illius, persistentiam tenacem Synagoga in idola; cum quibus vel ab infantia nutrita. In Ægypto fornicata est ante coniugium, ut vidimus, describiturque Ezech. 16. fusè. A servitute ferrea educatam mirabiliter, per fidem in Sina lege Deo sibi sociavit, expectans ex illa filios, fide nutriendos: verum generatio perversa & infidelis filij. Ex fornicaria fuere filij fornicationum: epidem ex ovo malo ferpens aut coævus. Filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra à Domino. A Domino Hebraismus est, quo etiam utuntur Græci & Latini. A Domino, idest, de post Dominum. A sepe sumitur pro De post, Præter, Præ, affinisque præpositionibus. Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Psalm. 72. 27. A tua fide & cultu deficiunt. Metaphorè à coniugibus, fidem matrimonij violantibus: Genebrard. hic. A te scilicet recedendo: Saa; & Maluend. Meretricentem de à te. Psalm. 39. 9. Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori. Ruth. 1. 16. Ut relinquam te, & abeam. Hebr. Ad revertere de post te. Luc. 18. 14. Descendit hic iustificatus ab illo: hoc præ illo: non ille, nisi quum ille. Eodem Psalm. v. 25. A te (præter) quid volui super terram? Propert. lib. 1. Eleg. 16. v. 14. A longis tristior, excubijs: scilicet, De post multas excubijs; sicut, lib. 2. Eleg. 34. v. 14. A domina tantum te modo tolli mea. Est Eclipsis, igitur ibi aliquid subintelligendum, q. d. Perdidisti omnes qui fornicantur recedentes à te: de quo recessu saepe, Deus queritur in Scriptura, & cum epistolali. Verterunt ad me tergum & non faciem: Facti sunt retrorsum & non in ante; uti diximus Tom. præced. T. 5. n. 18. Ita Hebr. Tigur. & Samarit. Confelsi omnem fornicantem à te. Qui te contempto adulterant. Qui à te procul recedunt. Similiter intelligendum à Domino, sumpta metaphora fidei violatæ in coniugio: igitur recedentes à Domino, de post illumque abeuntes, præ illo cui fides promissaque, pluris fornicantes habuerunt idola.

Ofec. 1. 2. A, pro De post, Præ, Eiusquam, Gencti.

Eclipsi & Eclipsi.

27 Ita ergo in geminatione fornicationis, non solum ostenditur adulteræ fides fracta; sed in flagitio (& sciente sponso) effrontis, dura cervicis tenaciter persistentia. Huiusce infolentia pervicacia sponsum usit, ac in zelotypiam perculit, non solum quia Synagoga fornicationi se dedidit; sed quia fornicans in fornicatione permanfit: à qua filij sequentes adulteram matrem, sine robore prolapsi in imaginam fornicationem, q. d. Non solum sicut mater antehac fornicati sunt, sed modò fornicantur, in posterum fornicabuntur, nec à fornicatione desistent, quousque moriantur. Hinc subdit Propheta: Fornicatione fornicati sunt. Insanerunt de idolis in idola, cubito firmo & stabili curâ, infatigabilique concupiscentiâ, iterantes in renovationem cultum, persistentes proceces in sacrilegio; quin donis aut minis removeri possent à conatu. In textu primo notatur diuturnitas temporis, in posteriore intentio animi in superstitionem adorationis; geminatione præ se ferente vel

Cap. 4. 18. Geminatio pro adverbio.

superlativum, vel adverbium. Q. d. Vehementer te. ferunt à Dei veri cultu, quo recessu fornicati funt valde. Unde excellens notatur Hebraismo (quo rei exprimitur magnitudo) addito genitivo abstracti propter superlativum concreti; uti Viri divitiarum, pro Divitiis, Psalm. 75. 6. Sponsus sanguinum, Exod. 4. 25. Vir sanguinum. 2. Reg. 16. 8. idest, trulentus. Vir dolorum, nimirum afflictissimus, valdeque plagatus. Itai. 53. 3. Non alio intuitu Synagoga dicit Oleas, uxorem fornicationem; & Hebræos, filios fornicationum: v. 2. Idest, proclivissimæ libidinis ac summe elc meretrix; uti figuravimus num. 10. Tam mater, quam filij sunt profecto fornicationum; & quia intensè, magno perpenissimè adhaerent idolis, & quia divitissimè ac frequenter fuere mancipati simulachris, sine spe revocationis propter ætrem exectandâ insatiabilis libidinis; quod geminationibus & geminationibus indicatur, uti vidimus, Tom. 4. 1. 7. ad illud Itaiæ: Prævaricantes prævaricati sunt, & prævaricatione transgressorum prævaricati. Obstinato animo nunquam desistent. Qua de causa Hebr. Fornicari fornicabuntur in infinitivo, quasi sine numero, sine casu, sine tempore; uti infra num. 30. in textum Ieremæ: Capere caperis, Dari dabitur, Tradi tradetur: Mulend. Diximus hic. Tautolog. 2. n. 17. Hic elc sensus genitivus geminationis. Fornicans fornicabitur à Domino, impotenter tradita turpidinis simulachro, ex Dei & à Deo recessu. Astipulantur Versiones. Vatabl. Valde sevirata est. Syr. Averfata est à Domino. Arabic. Fornicax à tergo Domini.

Genitivus abstracti pro superlativo concreti.

28 Hinc in Israëlitas totus per hos aut illos apparatus bellicus & conflictus, quippe pugnat pro Deo orbis terrarum contra insentatos. Aliter, etis totus irruat ether: quoniam flamma infit & volitet, non nocebit: imbellis prorsus armatus exercitus. Ita promittit, quasi mentiri nequit. Si in præceptis meis ambulaveritis, absque pavore habitabitis in terra vestra. Persequerentur centum de vobis decem milia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. Ego Dominus, qui confregit catenas cervicium vestrarum, ut incederetis erecti. Levit. 26. a v. 3. Quibant fide servata gloriantur dicere: Si Deus pro nobis, quis contra nos? At quid allisa fide, ac irrito fœdere: Si spreveritis (minatur) qua à me constituta sunt, & ad irritum perducatis pactum meum; Ego ponam faciem meam contra vos, & corructis eorum hostibus vestris, & subijcietur bis qui oderunt vos: fugietis nemine persequente; & inducamque super vos gladium ultorem fœderis mei. Res tota in hoc cardine vertitur. Unde Achior Holoferni, consulens Perlarum Regibus, Ducisque causâ, liberè dixit: Nunc ergo mi Domine, perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum. Ascendamus Iudith. 5. à ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus coram tibi, & subingati contra nos in quo potentia tua. Si vero non est offensio populi huius coram Deo suo; non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorum aſenat illos, & erimus in opprobrium universa terra. Clades infati Sennacherib vel modò nostris auribus, quæ huius populi cum Deo amicitiam confirmat; sicut clades illorum offenso Numine sub Nabuchodonosore: Regnum enim Hebræorum & principes eius præcipitavit Dominus, nec peperit. Facti sunt hostes Urbis in capite, inimici eius locupletati sunt; quia Dominus locutus est super eam, propter multitudinem iniquitatum eius. Ita Regi Babylonis tradens tradidit Hebræos: similiter fontes tibi tradens tradet Dominus iterum illos.

Mala beniamin & bona a lege fracta, aut custodiata.

Rom. 8. 3. 24.

29 Hic modus loquendi frequentissimus in Scriptura, ut saepe tractavimus: at postquam aliqua prænotemus, dilucidabitur & perspicuo Pleonasmus. Tradens tradet illos Deus hoc est, non auxiliabitur. Averit retrorsum dexteram suam. Thren. 2. 3. quare sine auxilio Dei coram inimicis corruent, quoniam iniquitates non milites, sed servos catenatos efficiunt: vigilabit enim iugum iniquitatum, quæ convolunt in manum, etiam imponentur collo. Deo igitur tribuitur, quod potest facere; ut diximus hic, Tautolog. 1. num. 1. & quod permittit fieri: Tautolog. 2. n. 44. ad illud: Ego Dominus decepi prophetam: & n. 41. lateque à 51. ad illud: Seduxisti me Domine, & seductus sum. Quod quidem roborari potest ex Ezechiele, 12. 13. ubi de Sedecia dicit Dominus: Extendam rete meum super eum & capietur in sagena mea, & adducam eum in Babylonem. Extendam (ait) Et adducam, quod factum per Babyloniz Monarcham. Idem Ierem. 21. 5. Debello ego vos, &c.

Deo tribuitur quod potest facere, vel permittitur fieri.

30 Tradens tradet. Participium hoccine cum verbo eiusdem significationis indicat infallibilitatem actionis, actionis etiam effectus, ac propositi promptitudinem citra ullam difficultatem; q. d. Illico tradet, quia potens poterit. Eodem sensu per gerundium: Tradendo tradetur Civitas hæc. Ideo Maluend. ad illud Ieremæ: Comprehenſi me capieris; legit: Certissime comprehenderis: Omnino prebenderis. Tradendo tradetur: Idem, Omnino, certissime tradetur. Sequitur stylum Hebraismi in illud eiusdem Propheta; Desola-

Ierem. 38. 3. cap. 34. 3. Maluend.



Cap. 12. 11.

Gemiatu pro evoluti promptitudine, & in salubilitate. Phil. Bibl.

Et pro Ideo, & Etiam. Ezsch. 12. 13.

Idem. 24. 3. 16. Metonymia. Hieronym.

Iustin.

Previa iudicij extremi signa quæm dolorosa.

Senec.

Sophocl.

Mundi excludit etiam ab Ethnicis cogitatum.

Idem.

thone desolata : legit enim pro sensu prefato , stupendè desolata : Adverbia augent qualitatem entitatis tum tempore , tum eventus certitudine. Quare sensus est , tam Rex , quam Civitas tradetur in manus Regis Babylonis , sine tergiversatione ; quicquid dixerint in solatium Pseudopropheta , somniantes mendacium : Jerem. 33. 32. Certo , & certocius Sedecias mancipabitur captivitati , comprehendetur comprehensione , sicut Civitas reapse traditione tradetur. Ita Cenez apud Philon. Biblium in suis Antiquit. ait : Traditus trador morti. Hoc est , sine effugio trador , proculdubio ac prorsus , seu statim , actum trador. Ita Ionathas per adverbium eventus declaravit articulum , 1. Reg. 14. 43. Ecce ego morior : ubi Hebr. Morie morior. Hic obijcitur Regis Sedecie captivitas profecto futura. Comprehensione capieris , & ( pro Ideo ) in manu eius traderis : & oculi ( & pro Etiam ) tui oculos Regis Babylonis videbunt , & Babylonem introibit. Nec quia Ezechiel. 12. 13. dicitur de eodem , Babylonem non videbit ; contrariantur prophetie : igitur captus à Nabucho , & excecatus , in Babylonem adductus : 4. Reg. 25. à v. 6. Describitur ab Ezechiele hieroglyphicum , dum velavit faciem suam , & in humeris portatus , per parietem perfossus est egressus. Quorsum huiusmodi arcanum , dicitur subinde à v. 12. Die , Ego portentum vestrum ( scilicet signum ) Dux qui est in medio eorum , in humeris portabitur , in caligine egredietur : parietem perfodient , ut educant eum : facies eius operietur , & non videbit oculo terram. Adducam eum in Babylonem & ipsam non videbit.

31 Non aliter quam per adverbium & superlativum , intelligendæ affines Tautologiae. Sic igitur apud Isaiam : Dissipatione dissipabitur terra : contrafractio confringetur , contritione conteretur , commotione commovebitur , agitatione agitatabitur terra. Terra hic metonymicè pro habitatoribus , uti cum Ierusalem , Ierusalem dicitur à Christo , Matth. 23. 37. ubi Hieronym. Ierusalem non saxa & edificia Civitatis , sed habitatores vocat. Iustin. lib. 2. de interpretatione Oraculi Delphici ; dicentis , in muris ligneis querendum salutem ; sententiam dicit Themistoclis : scilicet , Patriam muncipes esse , non moenia : civitatemque non in adificijs , sed in civibus postam. Totum vaticinium de Tyro , allegoricè de die orbis extremo. De primo , sensus est , habitatores terræ & Tyrus certissimè dissipabitur ; priusque valde commovebitur , agitabitur vehementissimè , postque usque in pulverem conteretur , quod accidit sub Alexandro Macedone ; de quo Iustin. lib. 11. & Curtius lib. 4. cap. 3. & 4. De secundo , orbis nimirum , ante iudicium , agitabitur , commovebitur , confringetur , conteretur ; atque demum dissipabitur. Gravabitur terram iniquitas , & corruet , & non augetur ut resurgat. ibid. Quid mirum ? Erit enim tunc tribulatio magna , qualis non fuit ab initio mundi usque modo , neque fiet. Matth. 24. 21. Maelum , quia terra commota ; peius , quia agitata ; ultra , quia contracta , contrita atque dissipata. Contritio super contritionem : Jerem. 4. 20. Dolor super dolorem. 8. 18. Conturbatio super conturbationem : Ezech. 7. 26. Septuag. Væ super væ. Ideo Apocal. 8. 13. Væ , væ , væ habitatoribus terræ. Maxima erit tribulatio , sed catenata ; quinque quæ extrema dolorum initia. Supremum mali infimi , erit infimum supremi. Ubi definit commotio , incipiet agitatio , hinc contractio , hinc contritio , ac denique dissipatio.

— Finis alterius mali  
Gradus est futuri : protinus redacti novus  
Paratur hostis : nec ulla requies,  
Tempus aut ullum datur.  
Uti ait Senec. in Hercul. Furent. v. 207. ibique Delf. ex Sophocle in Trachin. subdit  
Semper alius ex alio pavor , & illi ut bene  
Sit , cura me torquet gravis : & labor semper alius  
Alium excipit.

32 Hiccinæ stylis infelicibus , à merore fatigatis , frequentissimus ; quoniam nullus acerbior modus : igitur per crebras succedentes persecutiones , omnis consummationis ab illis videtur finis. Tunc non erit tempus à labore vacuum : ex ampliore in ampliore semper periculum. Plura diximus vel ex Ethnicis , hic Tautolog. 1. n. 16. & Tom. 1. T. 1. n. 20. At audiendus Sophocles apud Iustin. lib. de Monarch.

— Ubi deserint omnia  
Nusquam erit fluctuum omnis gurgis,  
Eritque terra sedibus deserta , nec amplius  
Voluerum genus portabit : tunc ardebit.  
Nam ibi duas semitas existimamus,  
Unam iustorum , alteram iniustorum ; erique terminus ;

Quia

Quid igitur potest esse salvi ( inquit Marc. Senec. Suasor. 1. ) ubi ipsum mare perit? Eusebius M. Senec. describit Manilius , 4. Astronom. v. 266.

Mille sub hoc habitans artes , quas temperat unda ;  
Quippe etiam mundi faciem , sedesque movebit  
Stidreas , calumque novum verfabit in orbem.  
Nec in Aetna tantum ignis natura sedit ( insit Plin. lib. 2. cap. 106. ) exustionem terris denuncians. At prius , quæ commotio? Septem illa miracula , & signa bis multo mirabiliora sequuntur annorum extruxit ambitio ; aliquando solo equata visentur. Mundo quidem minantur interitum , & hoc univèrsum quod omnia humana divinaque complectitur ( si fas putas credere ) aies aliquis dissipabit , & in confusionem veterem , tenebrasque demerget. ait Senec. ad Polyb. cap. 20. In Toyest. à v. 837. etiam accinit:  
Non Phœbeis obviam flammis  
Demet nostri Luna timores  
Vinctque sui fratris habenas  
Curvo brevius limite currens  
Ibit in unum congesta sinum  
Turba Deorum.  
Flebens longos Signifer annos  
Lapsa videbit sidera labens.

Huiusmodi Ethnicorum in rem veram meditantèr proponuntur enthufasmi , ut contremiscant meditatione Catholici. Pro coronide Virgil. 1. Georg. v. 330. 365. & 4. v. 5. I. Sæpe etiam stellas vento impendente videbis  
Præcipites caelo labi , noctisque per umbras  
Flammaram longos à tergo albescere tractus.  
Et fadam glomerant tempestatem imbeibus atris  
Collectæ ex alto nubes. Ruit ardens aether.  
Terra tremit , fugere fera & mortalia corda  
Per gentes humilis stravit pavoris. Sol aureus egit  
Sub terras , calumque æstivâ luce reclassit.

33 Quod de omni terra Isaias , dicit Propheta Ieremias de Ierusalem & omni terra Iuda. Posuerunt eam in dissipationem : desolatione desolata est omnis terra. Hebr. Afflata afflamine. Afflata fuit terra. Perproptèr. In pulverem fuit redacta : & sicut pulvis afflatur , ita illa deducta in pulverem , terram & tertam ; quinullus vel sub illa possit effugere , quippe cuncta vel abdita scrutati sunt Chaldaei. In terra Iuda & rupibus eius erant caecæ tortuosisque sinibus spelunca , in quas indigenæ confugebant , ubi res in summa regula , ut saltem esset sine discrimine vita ; ut patet ex transmigrationibus David , dum illum odio implacabili persequeretur Saul. Quapropter ut indicetur pavor Israëlitarum , sub adventum Chaldæorum , dicit Isaias , 2. 10. & 19. Ingredere in petram , abscondere in fossa humo. Introibunt in speluncas petrarum , & in voragine terra à facie formidinis. Nec sic ullus evasit , quandoquidem vel ipse Rex Sedecias , qui perforato muro , occulto terræ meato fugerat usque in planitiem Iericho ; in exitu comprehensus fuit à Chaldaeis , & ductus in Reblatha. 4. Reg. 25. 5. & Ezech. 12. 12. Cervam tantum supra cuniculos fugiendo pergere , quantum spatij Rex carpebat per subterraneanum meatum ; figmentam Rabbitorum est. Nil illis gratum , nisi commentitium. Unde geminatio actionis & verbi in Tautologia , exponenda est per adverbium , factum non tantum exprimens sed etiam qualiter factum. Tigrin. Vehementer crepabit terra : graviter rumpetur. Syr. Penitus consumpta , radicibus & plantis perijt. In hocinæ stylo accipienda actio pro fine actionis , ut diximus , Tom. 4. T. 2. n. 18. Ita igitur post idola Hebræi proiecti ( cum illorum cultus esset fomes in Dei iram & fastidium , faxque vivax in incendium ) ut per illatam cladem , conflaret in quantum Deus percitus iritationem : igitur haud sedavit cor commotum grave malum , quousque redegit iratus in ultimum exterminium. Ita Q. Calab. 2. v. 120. Fuderit atque straverit. Homer. 20. Odyss. v. 13. & 116. Extremò & ultimo : postremaque & extremo. Alij Poëtæ palilogia explicant. Plaut. in Cistellar. Act. 4. scen. 2. v. 36. Perijt , perijt. Euripid. in Andromach. v. 1176. Perijt , perijt. In Iphig. in Aulid. v. 1313. Acerbam , acerbam. Sophocl. in Atac. v. 618. Exciderunt , exciderunt. Quod palilogicè ab his , à Sacris exponitur pleonasmicè. Septuag. Turbatione turbabitur terra. Ar. Mopcan. Nutatione nutabit. Reg. Compl. Egestate egebit , depauperatione depauperabitur. Chald. Desolatione , & dissolutione dissolvetur : denique Arab. Stupore stupebit tota terra.

Tom VI. Yyy



ra. Claret in geminatione, pro effectu & actio & affectio.

34. Esi de Ierusalem intelligat Maluenda, de Niive D. Thomas, illud Isaia: *Hu-*

*militate humiliabitur Civitas*; nihilominus tamen aptius iuxta contextum exponitur de Ba-

bylone, uti observat Sanctus hic n. 41. Igitur illa castura, cum surgeret Ierusalem soluta

captivitate, ut vidimus *Tautolog. 6. num. 37.* Sensus huius Tautologie suo loco delicavit

*Tom. 4. T. 6. n. 7. q. d.* Civitas summe humiliabitur: de illa prisca gloria penitus cadet &

per Cyrum capta, & per Darium Hystapis demolita. Claret ex Ieremia, qui prædicat: *Mu-*

*rus Babylonis suffosione suffodietur.* Non solum utunque murus, sed *murus ille latissimus.*

Ille per Antonomafiam, quippequam inter orbis miracula celeberrimus. Iustin. 1. *bisfor.* de

Semiramide inquit: *Muri urbi cœlio latere circumdedit arena vice bitumine interstrato; que*

*materia in illis locis passim è terra exessuæ.* Idem Plin. lib. 35. cap. 15. Orosius lib. 2. cap. 7.

Ammian. Marcellin. cap. 23. Q. Curt. lib. 5. cap. 1. Strab. lib. 16. Diodor. Sicul. lib. 2. à

cap. 68. denique Herodot. lib. 1. n. 178. In opus intrarunt ter decies centena hominum

millia. Unde Martial. *Spectacul.* Epigram. 1. succinit:

*Asiduus tablet nec Babylona labor.*

Dicitur ergo murus latissimus, quia interfluvius Euphrates oppidum interfecat, quo duplex

murus duplicem unam civitatem efformat. *Oppidum situm est in planitie ingenti, formâ*

*quadrata, & hic quidem murus lorica est: alius vero intus (subdit Herodotus, n. 181.) non*

*nu 10 quam hic debitor, sed exilior est. Murorum propugnaculo videbatur Babylon inexpu-*

*gaibilis.* At irrita civium spes, quippe murus qui itabilis per se, cursuque fluminis, suffo-

sione suffodietur. *Darius muros eius circumcidit & portas omnes amolitus est: subdit Hero-*

*dotus.* Eodem suffodit prius Cyrus fluminis divorcio, uti diximus hic loc. cit. n. 35. *Cy-*

*rus (inquit Senec. 3. de Ira, cap. 21.) iratus est flumini: nam cum Babylonom pugnaturus*

*festinare ad bellum, cuius maxima momenta in occasibus sunt, Gyndem late solum amnem*

*vado transire tentavit: iuravit è amnem redacturum, ut transire calcarique etiam à fe-*

*minis possit. Huc deinde transtulit omnem belli apparatus, & tandiu assedit operi, donec*

*centum octoginta cuniculis divisum alveum in trecentos & sexaginta rivus dispergeret, &*

*secum relinqueret, in diversum fluentibus aquis. Referunt etiam Orosius, d. cap. 6. & Xe-*

*noph. 7. Cyropæd. eadem fecit quæ prius Semiramis, vel Nitrociis, ut canit Propert. lib. 3.*

*Eleg. 11. v. 25.*

*Duxit & Euphratem medium, quâ condidit arces.*

Propert.

Geminatio pro effectu, & efficientis conatu.

Virgil.

Gaudium factæ ubi ex defensione ne Babyloni.

Manil.

Ambros.

Ambros.

cuncta tamen non resalutavit, neque ullum responsum retulit. Aliquando pro re exigua ac despicibili. Plakm. 118. *Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte perissem*

*in humilitate mea: & Becll. 2. 4-11. 13. Brexit cum ab humilitate ipsius.* Hac acceptio-

ne dicit Virgil. 4. *Elog. v. 2. Humilesque myrica.* Proprie accipitur & pro intuitu prop-

riæ conditionis: sique conditoris; & pro verissima sui conditione & cognitione, qua

sibi quisque vilescit. Hoc notat interiorem motum & circa interna, quia humiliatio tantum

vel hypocriiis, si circa exteriora signa. Vid. D. Thom. 2. 2. q. 161. art. 1. ad 1.

Quapropter Ambros. lib. 10. in *Luc. cap. 22. 29.* dixit: *Non omnis honorificentia studium*

*humilitas definitur: de quo ex proposito, Tom. 8. T. 5. ad illud Ioann. 4. Veri adorato-*

*res adorabunt.* Aliud est speciem humilitatis, & aliud humiliationis. *Quisquis in verita-*

*te humiliatur, veraciter humiliatur, nec nisi fallaciter exaltatur. Quid est autem (inquit*

*Bernard. ferm. 20. de Diversi.) falso exaltari, nisi verè non exaltari? Quantos enim vide-*

*mus humiliatos, sed non humiles; percussos, sed non dolentes: curatos quidem à Do-*

*mino, sed ne ipsa curatione sanatos! Hi sunt, qui sub sensibus esse delicias computant,*

*disimulantes peccata que aditant, lubricum in quo titubant; tenebras quibus caligant,*

*laqueos inter quos ambulat, locum afflictionis quem inhabitant; corpus mortis quod ge-*

*stiant, iugum grave quod tolerant, graviozem conscientiam quam occultant; gravissi-*

*mam sententiam quam expectant. Talis ille cui Ioannes scribere iubebatur: Disis quia*

*dives sum, & nullius ego; & nescis quia tu es pauper & miser & miserabilis & cæcus*

*& nudus. Veri humiles sunt humiles verè. Humiles sublimitate, sublimis humilitate;*

*inquit Tertull. Apolog. cap. 20. Humilitas exaltat, & falso humiles non exaltantur; quia*

*non sibi, sed alijs vilescunt. Descendit & eris inferior. Si humilitate sese deieceret, est*

*inferior non descendere. Humilitas est, dum descendit, qui non sublimior: at summus*

*in humilitate gradus, quando descendit sublimitate superior, attingens humilitatis ca-*

*camen, quasi se non cognoscens & docibus superiorem. Est humilitas cordis, & humilitas*

*mentis, de qua Bernard. in Advent. ferm. 4. n. 4. quam vocat humilitatem cognitio-*

*nis & affectiois. Est humilis cognitione, non qui se cognoscit humilem, sed qui se hu-*

*militer cognoscit; cum ex se non habeat unde gloriatur, unde in humilitate à mente*

*perpetim humilatur. Est humilis corde (vel humile cor) qui se humiliat, non quia debet;*

*sed quia vult. Manus inferioritatis accipit, contra propriam excellentiam, quam cognos-*

*cit: tuncque magnus, imò maximus & optimus humilitate cordis in cacumen celsitudi-*

Humilitas pro urbanitate, & exiguitate. Pro sui cognitione.

Ambros.

Quid bene illi sine tu militate

Bernard.

Quomodo veri humiles, qui humiles verè

Tertull.

Deuter. 18.

Summus in humilitate gradus.

Bernard.

Quæ humilitas mentis & humilitas cordis

Virgil.

Maluend.

Oleasti.

Babylon igitur nominare sub iug.

Quid iudæus Cubensidat

Ciccr.

Claudian.

Nulla est victoria maior,

Quam qua confessos, animo quoque subingat hostes.

38. Cuncta ergo affinium interpretationes aptantur nec violentè Tautologie prin-

cipali. Sine scelere volaret victoria ad Ierusalem, & citra certamen: etenim obvius tantus

Holofornis exercitus; ut amplior esset ex conternatione triumphus. Unde heroina, haud

Yyy 2 amb-



ambigens de victoria, Ducibus Bethulæ dixit: *Non sumus secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, & adoraverunt Deos alienos; pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinam & in confusionem inimicis suis:* cap. 8. 18. Sin autem, quis sicut Deus? Cedent, vel cæsi cadent hostes in trophæum, quippe inter nos non invenitur flagitium. Ex federe cum peccato timenda populi afflictio: siquidem Deus offensus, quantumvis armis & virtute validos, tradens Holoferni tradet illos: hoc est, incurvabit illos; ut qui ex servitute idolorum exultabant gloriosi, mancipentur Holoferni servituti, luentes fidei fractæ a tergo insidiantem poenam, iugumque transeuntes & discinendi in ignominiam. Achior dixit: *Subjugati erunt sub iugo potentia tua:* v. 24. Syr. *Statim tradentur iugo tuo.* Humilitate humiliabuntur: confusione confunderentur contracti & contriti, dum Bethulia oppugnatur; quia murus eius, est latissimus, suffusione suffodietur; ut civitas dissipetur dissipatione, & corruant in ore gladij. Sine dubio certissime corruent, ut verè dicantur ex eventu certaminis, *Peccata nostra responderunt nobis.* Itai. 59. 12. Hæcine conficit atque perficit iniquitas, Deusque permittit,

Virgil.

Iudith. 14. 6

Dent. 23. 3

Quid apud Hebræos dicitur Ecclesiæ. Alapid.

Bonifac.

D. Thom.

Caictan.

Variet. lect.

39 Exposita Tautologia, duntaxat relinquitur antithesis concilianda. Prædicavit Achior gloriam iustitiamque Dei Israël: viroque capite Holoferni inhiat: quæ superbia poenâ; eventum percutiens altitrix corde, quæ ab illo prædicta. Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Israël, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit carnem præputij sui, & appositus est ad populum Israël, & omnis successio generis eius usque in hodiernum diem. Achior Ammonita erat: Deuteron. 23. dicitur: *Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum.* Aliqui per Ecclesiam intelligunt atrium Iudæorum: quod quidem ludicrum: etenim idem dicitur de Hebræo euncho, v. 1. & ingredi iure quibat in atrium interius, quod Gentibus prohibitum; ut dicitur, Thren. 1. Aptius intelligitur Ecclesia pro magistratu, igitur indecorum, quod non vir viris præfisset, & alienigena indigenis imperaret. Alapid, hic asserit, recognitionem Achior & filiorum eius in munia publica, factam approbante Deo: *Hanc enim esse Dei mentem* (inquit) *respondendum legisperiti, vel Propheeta, vel Pontifices consentientes Deum per Urim & Tumim.* Optima cogitatio, sed sine Scripturæ vel auctoritatis fulcro. Boniferus, in loc. præf. Deuter. asserit, subintelligi in edicto conditionem: *Nisi tam præclara essent* (inquit) *virtuti alicuius Ammonita vel Moabita merita, ut contra ream rationem videretur, eam à Dei populo repellere.* Non agitur hic de Religione, ut quique sic de Dei populo; quia exclusus nemo: qua de causa apponit D. Thom. 1. 2. q. 105. art. 2. exponit, homines nullius gentis excludi lege à cultu Dei, & ab his quæ ad animæ salutem attinent; uti dicitur, Exod. 12. 48. At quia semper odiosum, alienum civibus principij vel quia potest reverti in religionis abiurata vomitum, vel amore inexperito fideque, impedire bonum publicum; in temporalibus. (inquit) quantum ad ea, quæ pertinebant ad communitatem populi, non statim quilibet admittebatur. Peterat tamen dispensativè aliquis in collegium populi admitti propter aliquem virtutis actum, sicut Achior Dux filiorum Ammon appositus est ad populum Israël & omnis successio generis eius. Ita ergo Achior appositus ad populum Israël: hoc est, ut ait Caictan. in Deuter. loc. *Ad collegium Patrum Conscriptorum, qui præerant in qualibet urbe, gubernando populo.*

ADINATON EXEGETICUM.

1. Tradens tradet illos. Deus in iugulum, si fuerit modo peccatum. Luent protecto gladio poenas, si fuerit iniquitas. Etiam gratia sumit poenas; igitur offendentium maiora vulnera a gratia.
2. Tradens tradet illos in dolore ex dolore fictive in luxuria latent insidiat: etenim quos semel impulsit, non dolore, sed blandimine in mortis dolore tradit.
3. Tradens tradet illos. Sæpe poena medicinæ & ubi peccatoribus est cælo insidit per poenam non traduntur ut tradantur, sed ut curentur.
4. Tradens tradet illos. Dolor fugiendus, & doloris periculum: perperam qui querit fugit, quin iure possit queri de quo dolent.

let; quoniam ubi cautè non removeatur occasio, in dolores dolens traditur à seipso.  
5. Tradens tradet illos. Amor Christi uti eximius exponitur, dum mori traditur: etenim eximia in amore fides, ubi se tradi-

dit, ne traderentur homines.  
6. Tradens tradet illos. Tormentum videtur, quod homo patitur. Fallitur homo, quia dulcis amaritudo: & dum traditur poenæ, traditur nihilominus ad poenam; igitur æternum pondus operatur in gloriam.

DIDASCALIA PRIMA.

Gratia in hostile pectus minimè gratia, sed vulnus.

M. Senec. In iniurijs quædam loculi vocat.

Pub. Syr.

Idem. Quæ calli?

Senec.

Amor Christi etiam offensi.

Luc. 22. 61.

Gloriosum propheta ex remissione iniuriarum.

Bernard.

**N**OS in malis nostris non fortunam, sed causam spectamus. Non potest generalis animus contumeliam pati: ait ethnice Marc. Senec. *Controvers. 24.* Prius planu theatri & aurium pruritu cæsitavit fufius Publ. Syrus in *Mimis*, a v. 111. *Contumeliam non fortis potest, nec ingenius pati.* *Ingenuitas non recipit contumeliam.* *Veterem ferendo iniuriam, invitas novam.* *Inimicum ulcisci, vitam accipere est alteram.* Hic videtur ad placitum audientium dicere, fervens sententij uniofculi que voluntati & voluptati: quandoquidem ibidem docet probè: *Bonum apud virum citò moritur iracundia. Consilio melius vincas, quam iracundia.* *Iratus factus consilium patat.* *Homo cæcra se servum citat trahitur.* Verum sanè: quorsum contumeliam? Aptius Stoicus, 3. de Ira, cap. 27. *Satius est* (inquit) *sanari iniuriam, quam ulcisci.* Satius, parere: igitur stimulo pœnitudinis, indulgentiâ clarècit conversio cordis. 2 Petrus amicus & à Domino dignatus magnopere, defecit à fide. Vulnerata amicitia exandècit vel in viro pacato; quippe vulnus, si fides defecerit in amico. Oñcua tanta Salvatoris exulie animam; igitur conversus Dominus respexit Petrum. Dum peccavit, respexit: de offensore offensus doluit & demonstravit amorem respiciendo in delinquentem. *Ut adamantem & silicem dedisti faciem tuam:* de Domino allegoricè dicitur per Ezechielem. Adamas intrangibilis: & ita Domini facies; igitur dum summe offenditur, icibus geminatis nequaquam frangitur. Silix nisi icibus latentem haud explicat ignem: habet offensam in fomitem: & admittat silicis esulget Dominus, dum iniuriosus respicitur Petrus: etenim in eius corde summa charitas non esset, nisi dum icibus ignem charitatis demonstraret. *Magna virtus est* (ait Bernard. de Interior. dono, cap. 24.) *si non*

ledas à quo lesus est. Magna gloria est, si cui nocere potuisti, parcas. Nobile vindictæ genus est, ignoscere vicio. 3 De Philippo vulnerato à Pausania dicit Munster. *Cosmograph. lib. 4. cap. 45.* Alexander inveniens patrem Vulcanarum, & abdu spirantem; iussit Pausaniam adduci, tradiditque gladium in manum patris: quo facto (gladium projiciens) iam moriturus ait: *Nihil est, quod me contristet: ultus enim auctorem iniuria libens morior.* Dedit indultu locum nobilissimæ ultioni, posse scilicet ulcisci. In corde etiam magnanimo summum, suspendere icem, habentem in manu gladium. Cognita prodicione (inquit Goltz in *August.*) coniaratos vocavit, & quasi iratus dixit, cunctis incutiens unico verbo formidinem: *Nescitis me imperatorem? Vicit & vinxit gratia, ad quod non valuit potentia.* *Maiora traciunt, fluctibus varijs angor.* *Flamme medullas, & cor exurant meum.* *Quod ratio nequit, sæpe sanavit mora.* *Quod fecit furiose dolor, sanavit ex facinore pudor.* Accidit Calvo Neroni, si ve verà pietate, five colore. *Quosdam malefatis roos* (inquit in eo Sueton. cap. 111.) *in curiam induxerat; & quum prædixisset experturam se illa die quam charus senatus esset; facile persecerat, ut etiam more maiorum puniendi condemnarentur.* Deinde atrocitate poenæ contreritus, ad lenendam invidiam intercessit his verbis: *Permitte P. C. à pietate vestra impetrari (quod scio me difficulter impetraturum) ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis: nam & parietis oculis vestris, & intelligenti me omnes senatus interfuisse. O vulpes! Auctorem cogitatum malefatis, etiam pietatis species. Ex corde fecit Alexander Severus, gratiâ curans altum vulnus. Cum Ovinius Camillus, Senator antiquæ familiae rebellare voluisset (ait in eo Lamprid.) statim probatum ad palatium eum rogavit, eique gratias egit, quod curam Reip. quæ recusantibus bonis im-*

Munster.

Ultero maior posse iniuriam ulcisci.

Senec. Agamem. à 130.

Erbicorum indulgentia in iniuriam.

Sueton.

pone